



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

tudini, eruditioni tua debitum sic accipies, ut quod pro operis magnitudine, magnum fortassis alicui videbitur, tu pro mea tibi gratificandi voluntate, atq; desiderio tenue, atq; exile fuisse scias. Vale. Ex Collegio Societatis Iesu, Compluti. Anno 1598.

A P P R O B A T I O.

Secundum hunc Tomum Commentariorum, & Disputationum Patris Gabrielis Vazquez è Societate Iesu in primam partem S. Thomæ iussu supremi Senatus regij accuratè, & cum summa voluptate perlegi, nihilq; in eo, non Orthodoxæ fidei congruum, nihil non Sanctorum Patrum testimonio, vel confirmatum, vel illustratum, nihil deniq; non authoris sui ingenio, atque eruditione dignum reperi. Quare si typis mandetur, non modo omnibus vbiq; omnium Theologorum Scholis, verum toti Ecclesiæ ingentem utilitatem allaturum cenfeo. Madriti apud Sanctum Philippum Kalendis Februarij, Anno 1596.

F. Henricus Enriquez.

ALTERA APPROBATIO.

Ego Franciscus Porres Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Golectana, potestate ad id mihi concessa à R. admodum P. Claudio Aquauina Præposito nostro Generali, facultatem concedo, ut typis mandetur secundus Tomus Commentariorum, & Disputationum in Primam partem S. Thomæ compositus à P. GABRIELE VAZQUEZ Theologo, Societatis Iesu, & grauium, Doctorumq; hominum iudicio nostræ Societatis approbatus: in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, Sigilloq; nostro munitas dedimus in domo Iesu de Monte die duodecima Septembris, Anni 1595.

Franciscus Porres.